

II. Circa CONSERVATIONEM not. (1) objectum ; sive cætus afflictus , qui est non Petrus , sed Ecclesia , cœtus piorum , Pronominis & utrūcū indigitatus (2) Adjunctum , sive hostium conatus ; Portæ inferorum , i e. Satanas cum suis affeclis , veram Christi Ecclesiam semper infestant , impugnant , consilia adversus eam captant , omnibus viribus laborant & unicè in id incumbunt , ut Ecclesiam expugnent , perturbent & penitus evertant (3) Effectus & finis irritus , itzv̄στι μὴ ; & λαλα uñ κατισχύστιν αὐτῆς semper quidem Ecclesia impugnatur ; Nunquam v. superatur ; sed in æternum conservatur.

CAPUT IV.

TRADENS

Oraculi hujus Paraphrasin.

Quemadmodum tu Petre dixisti & confessus es , quis ego sim , filius nempe Dei viventis : ita nunc ET EGO TIBI DICO ac confiteor , quis tu etiam sis , TU ES PETRUS , Ita te jam dudum in primo adventu , & rectè quidem cognominavi Petrosum , eò quod vera fide & ex fide profecta confessione funderis super vera illa Petra , videlicet super me , ET SUPER HANC PETRAM , quam confessus , & in qua vera fide fundatus es , nimirum super meipsum , tanquam super immotum fundamentum & verum lapidem angularem I Cor. III. ii. Eph. II. 20. ÆDIFICABO ECCLESIAM MEAM , ut omnes verè credentes , tanquam lapides vivi ad ædificium spirituale , super meipsum rupem veram , I Cor X. 4. ædificantur . Pet. II 5. ministerio verbi instituantur , legitimo Sacramentorum usu per veram vivamque fidem conversi renatique conserventur , adversus quoscunque dubitationum & tentationum procellas immoti perstent perpetuoque defendantur . ET PORTÆ INFERORUM , haec omnis astutia & consilia (Ruth IV. 1.) vis & potentia (Psal. IX. 14.) contra Christianos , ut mors , infernus , humana sapientia & potestas persecutorum Ecclesiæ ac Tyrannorum , Harretorum ac seductorum NON PRÆVALEBUNT ADVERSUS EAM Impugnabunt quidem , ast non expugnabunt . Prement qui lem , ast non oppriment . Ecclesia enim in perpetuum durabit Conf Magnif Dn D Olearii Manuale p. 34 & 1622 seq B Osiander , qui per petrin , confessionem Petri intelligit , ita οὐδὲ πράξεις Places mihi plurim. in Petre , propter piam tuam Confessionem . Ego jam